EPISTOLÆ
D. PAULI APOSTOLI
ET
D. AUGUSTINI
CONTRA
JANSENISTAS ET ALIOS
NOVATORES
Hujus Temporis.

COLLECTORE
HENRICO A MARCA
Theologo.

MISSÆ

AMPLISSIMO ET REVERENDISSIMO
D. FRANCISCO DIERICKX
Ordinis melliflui Doctoris S. Bernardi
Abbatiæ S. Salvatoris Antuerpiæ Abbati digniſſimo, B. V. M. necnon
antiquitatis Defenſori
acerrimo.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

* *
*

COLONIÆ AGRIPPINÆ
Typis EGMONTIANIS M. DC. LXXIX.

Cum Approbatione.

AMPLISSIME DOMINE,

Cum mihi probè notum ſit Amplitudinem Veſtr m (cognitis novæ factionis fallaciis) anhelare, ut & Dei & Deiparæ cultus ſincerus, Romanique Pontificis infallibilis auctoritas, Sacramentorum praxis antiqua & ſancta defendatur, necnon Religioſorum Belgicorum zelus promoveatur, qui novitatibus pro Fide Catholica reſiſtunt, hinc eſt, quod has ad Amplitudinem Veſtram miſerim, quas & imprimi cum Approbatione juſſi, nuper quidem Libellum ſupplicem deſtinavi Sereniſſimo Principi Joanni Auſtriaco oſtendique unitatem fore neceſſariam tàm dogmaticam, quàm politicam, à Novatoribus tamen deſtruendam, niſi regia ſuccurrat auctoritas, reſponſumque eſt mihi de data 2. Auguſti, Monarcham noſtrum omnimodè allaboraturum, ut antiqua Fides defendatur, & factio (cujus & litteræ & conventicula jam regi ſunt nota) quæ nō ſolùm ad evertendam Religionem Catholicam, ſed & Monarchiam tendebant, deſtruatur: nomen meum in impreſſione non fuit appoſitum, utpotè quæ me inſcio facta eſt, interim jam contra B. V. M. Summi Pontif. Sacramen. Religioſorum hoſtes, contra inquam Novatores Belgium noſtrum turbantes has collegi epiſtolas ex propriis verbis tàm D. Pauli, quàm D. Auguſtini, ut ſapiant antequam manus Domini & Regis ſuper ipſos, interim maneo.

Amplitudinis Veſtræ,

humillimus HENRICUS A MARCA.

EPISTOLA
DIVI PAULI
EX VARIIS
EJUS EPISTOLIS
CONCINNATA

Utilis hoc tempore omnibus Chriſti fidelibus.

(1) PAulus vocatus Apoſtolus Jeſu
Chriſti ſupra multos cœtaneos
meos in genere meo abundan- 1
tius emulator exiſtens paternarum mearum 1. *Cor.* 1.
traditionum, ſanctificatis in Chriſto Jeſu
vocatis Sanctis, cum omnibus qui invocant
nomen Domini noſtri JeſuChriſti in omni
loco ipſorum, & noſtro, gratia vobis, &
pax à Deo Patre noſtro & Domino Jeſu
Chriſto, (2) qui dedit ſemetipſum pro pec-
catis noſtris, ut eriperet nos de præſenti
ſæculo nequam ſecundùm voluntatem Dei, 2
& Patris noſtri cui eſt gloria in ſæcu- *Gal.* 1.
la ſæculorum Amen. (3) Audio ſciſſu-
ras eſſe inter vos, (4) contentiones, emu-
lationes, animoſitates, diſſentiones, detra- 3
ctiones, ſuſurrationes, ſeditiones. (5) Mi- 2. *Cor.* 11.
ror quòd ſic tàm citò transferimini ab eo 4
qui vos vocavit in gratiam Chriſti in aliud 2. *Cor.* 12.
Evangelium: quod non eſt aliud niſi ſunt 5
aliqui, qui vos conturbant & volunt con- *Gal.* 1.

Digitized by Google

vertere Evangelium Chriſti, Pſeudo-Apo-
ſtoli, (6) operarii ſubdoli transfigurantes
ſe in Apoſtolos Chriſti, (7) homines ſeip-
6 ſos amantes, cupidi, elati, ſuperbi, blaſphe-
2.Cor.11. mi, parentibus non obedientes, ingrati,
7 ſceleſti, ſine affectione, ſine pace, cri-
2.Tim.3. minatores, incontinentes, immites, ſine
benignitate, proditores, protervi, tu-
midi, & voluptatum amatores magis quàm
Dei. Habentes ſpeciem quidem pieta-
tis, virtutem autem ejus abnegantes, ho-
mines corrupti mente, reprobi circa fi-
8 dem. (8) Rogo autem vos fratres, ut ob-
Rom. 14. ſervetis eos, qui diſſentiones & offendicu-
la, præter doctrinam quam vos didi-
ciſtis, faciunt, & declinate ab illis. Hu-
juſmodi enim Chriſto Domino non ſer-
viunt, ſed ... per dulces ſermones, & bene-
9 dictiones ſeducunt corda innocentium. (9)
2.Tim.2. eorum ſermo ut cancer ſerpit (10) ſanæ
10 doctrinæ adverſatur, quæ eſt ſecundum E-
1. Tim.1. vangelium gloriæ Beati Dei. A quibus ~~qui-~~
~~bus~~ quidam aberrantes converſi ſunt in va-
niloquium, volentes eſſe legisdoctores,
non intelligentes, neque quæ loquuntur,
11 neque de quibus affirmant. (11) Dedit
Ephe. 4. quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam au-
tem Prophetas, alios verò Evangeliſtas,
alios autem Paſtores & Doctores, ad con-
ſummationem Sanctorum in opus miniſte-
rii

rii, in ædificationem Corporis Chriſti. (12) 12
Etenim cùm deberetis magiſtri eſſe pro- *Heb. 5.*
pter tempus, rurſùm indigetis, ut vos do-
ceamini, quæ ſunt elementa exordii ſer-
monum Dei, (13) ſpiritus autem manife- 13
ſtè dicit quia in noviſſimis temporibus diſ- *1. Tim. 4.*
cedent quidam à fide attendentes ſpiriti-
bus erroris, & doctrinis dæmoniorum in
hypocriſi loquentium & cauteriatam ha-
bentium ſuam conſcientiam, (14) erit 14
enim tempus cùm ſanam doctrinam non *2. Tim. 4.*
ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſideria coacerva-
bunt ſibi magiſtros prurientes auribus, &
à veritate quidem auditum avertent ad fa-
bulas autem convertentur; ſed ultra (15) 15
non proficient, inſipientia eorum manife- *2. Tim. 2.*
ſta erit omnibus. Quidam autem ex con-
tentione (16) Chriſtum annunciant, non 16
ſincerè exiſtimantes in (17) ſermone adu- *Philip. 1.*
lationis, ſicuti ſcitis nos perſecuti ſunt, & 17
Deo non placent & hominibus adverſan- *Theſſ. 1.*
tur, prohibentes nos gentibus loqui ut ſal-
vi fiant- Hoc autem dico ut nemo vos de-
cipiat in (18) ſublimitate ſermonum. Ti- 18
meo autem (19) nè ſicut ſerpens etiam ſe- *1. Cor. 11.*
duxit aſtutiâ ſuâ, ita corrumpantur ſenſus 19
veſtri, & excidant à ſimplicitate quæ eſt *Coll. 6.*
in Chriſto. (20) ſignis aliter docet, & non 20
acquieſcit ſacris ſermonibus Domini no- *1. Tim. 6.*
ſtri Jeſu Chriſti, & ei quæ ſecundùm pie-
tatem

tatem eſt doctrinæ, ſuperbus eſt nihil
ſciens, ſed languens circa quæſtiones & pu-
gnas verborum, ex quibus oriuntur invi-
diæ, contentiones, blaſphemiæ, ſuſpicio-
nes malæ, conflictationes hominum mente
corruptorum & qui veritate privati ſunt.
21 (21) Sermo veſter ſemper in gratia ſale
Coll. 4. ſit conditus ut ſciatis quomodo (22) opor-
22 teat vos unicuique reſpondere ad ædifica-
1.Cor.13. tionem & exhortationem, & conſolatio-
23 nem, nè quod (23) offendiculum demus
1. Cor. 9. Evangelio Chriſti. Ut jam non ſimus par-
vuli fluctuantes, & circumferamur omni
24 vento doctrinæ in nequitia (24) hominum
Eph. 4. in aſtutia, ad circumventionem erroris, ve-
25 ritatem autem facientes in charitate: (25)
1.Cor. 14. Etenim ſi incertam vocem det tuba, quis
parabit ſe ad bellum? ita & vos per lin-
guam niſi manifeſtum ſermonem dederitis,
quomodò ſcietur id quod dicitur: eritis e-
nim in aëra loquẽtes peccantes in fratres &
26 (26) percutientes conſcientiam eorum in-
1.Cor. 8. firmam, & peribit infirmus in tua ſcientia
frater, propter quem Chriſtus mortuus eſt.
27 (27) quod ſi invicem mordetis & come-
Gall. 5. ditis, videte nè ab invicem conſumemini.
28 (28) jam quidem omninò delictum eſt
1. Cor. 6. quod judicia habetis inter vos. (29) Ser-
29 vum autem Domini non oportet litigare,
2.Tim. 2. ſed manſuetum eſſe ad omnes, docibilem,
patien-

patientem,cum modeſtia corripientem eos
qui reſiſtunt veritati. Nè quando Deus det
illis pœnitentiam ad cognoſcendam veri-
tatem,& reſipiſcat à Diaboli laqueis à quo
captivi tenentur ad ipſius voluntatem. (30) 30
Quod ſi quis non obedit verbo noſtro, *1.Tim. 3.*
nolite quaſi inimicum exiſtimare, ſed cor-
ripite ut fratrem ; (31) & ſi præoccupatus 31
fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpi- *Gall. 6.*
rituales eſtis,hujuſmodi inſtruite in ſpiritu
lenitatis,conſiderãs teipſum.(32) Debemus 32
autẽ nos firmiores imbecillitates infirmo- *Rom. 15.*
rũ ſuſtinere,& non nobis placere: unuſquiſ-
que proximo ſuo placeat in bonũ ad edifi-
cationem,(33)quid ergò dicemus:manebi- 33
mus in peccato, ut gratia abundet ? Abſit : *Rom. 6.*
qui enim mortui ſumus peccato, (34) Ad- 34
eamus cum fiducia thronum gratiæ ejus, *Heb. 4.*
ut miſericordiam conſequamur,& gratiam
inveniamus in auxilio opportuno. (35) 35
Non enim ſumus ſicut plurimi adulteran- *2. Cor. 2.*
tes verbum Dei: ſed ex ſinceritate ſicut ex
Deo, coram Deo , in Chriſto loquimur ,
(36) ideò habentes hanc miniſtrationem, 36
juxta quod miſericordiam conſequuti ſu- *2. Cor. 4.*
mus, non deficimus, ſed abdicamus occul-
ta dedecoris, non ambulantes in aſtutia,
neque adulterantes verbum Dei,ſed in ma-
nifeſtatione veritatis commendantes noſ-
metipſos ad omnem conſcientiam homi-

num

37 num coram Deo. (37) Videte nè quis vos
Coll. 2. decipiat per Philoſophiam, & inanem fal-
laciam, ſecundùm traditionem hominum,
ſecundùm elementa mundi, non ſecundùm
Chriſtum. Nemo vos ſeducat volens in hu-
militate, & Religione Angelorum quæ
non vidit, ambulans fruſtrà inflatus ſenſu
carnis ſuæ, & non tenens caput ex quo to-
tum corpus per nexus, & conjunctiones
ſubminiſtratum & conſtructum creſcit in
augmentum Dei. Cujus ſermo malus ex
38 ore veſtro non procedat: ſed ſi quis (38)
Eph. 4. bonus ad edificationem fidei, ut det gra-
39 tiam audientibus, (39) & nullam occaſio-
1.Tim. 5. nem adverſario maledicti gratiâ. Conten-
dere verbis ad nihil enim utile eſt niſi ad
40 ſubverſionem audientium. (40) quoniam
Heb. 5. imbecilles facti eſtis ad audiendum ſtultas
41 (41) & ſine diſciplina quæſtiones, conten-
Eph. 5. tiones (42) & pugnas legis; ſunt enim in-
42 utiles & vanæ, & facti eſtis quibus lacte
1.Cor.15. opus ſit non ſolido cibo. Omnis enim, qui
43 lactis eſt particeps, (43) expers eſt ſermo-
Heb. 5. nis juſtitiæ, parvulus enim eſt, perfectorum
autem eſt ſolidus cibus eorum qui pro ipſa
conſuetudine exercitatos habent ſenſus ad
44 diſcretionem boni & mali. (44) Propter
Eph. 4. quod deponentes mendacium loquimini
45 veritatem unuſquiſque cum proximo ſuo,
Philip. 1. (45) in uno ſpiritu unanimes, collaboran-
tes

Digitized by Google

tes fidei Evangelii, (46) ut ſitis ſine quærela, & ſimplices filii ſine reprehenſione in medio nationis pravæ & perverſæ. Si qua ergò conſolatio in Chriſto, ſi quod ſolatium charitatis, ſi qua ſocietas ſpiritus, ſi qua viſcera miſerationis implete gaudium meum, ut idem ſapiatis, eandem charitatem habentes, unanimes, idipſum ſentientes, nihil per contentionem neque per inanem gloriam, ſed in humanitate. (47) Pacem habete & Deus pacis & dilectionis erit vobiſcum.

46 *Philp. 2.*

47 *2. Cor. 13.*

EPISTOLA DIVI AUGUSTINI

Ex variis ejus Scriptis collecta.

(1) Dilectiſſimi Fratres, lex Dei ſempiterna eſt, quam conſulunt omnes piæ mentes, ut quid in ea invenerint, vel faciant, vel jubeant, vel vetent ſecundùm quod illâ incommutabili veritate perceperint. (2) Eſt ratio divina vel voluntas Dei ordinem naturalem conſervari jubens, perturbari vetans. Erat iſta (3) lex ab initio occulta ſed nè ſibi homines aliquid defuiſſe quærerentur, ſcriptum eſt in tabulis quod in cordibus non legebant,

1 *Lib. quæſt ſuper Exod. q. 67.*

2 *Lib. 22. contra Fauſtum.*

3 *Lib. 3. cõtra Epiſt Pelag.*

4 bant, quia homines (4) appetentes ea quæ
Super foris ſunt, etiam à ſeipſis exules facti ſunt
Pſalm. 57 data eſt ejus etiam conſcripta lex. Deindè
5 cum per legem cognitio facta fuerit (5)
In Enchiridion. peccati, ſecundùm legem nolens vivere convincitur, & ſciens peccat, peccatoque ſubditus ſervit. Qui dum præcepta legum
6 (6) contemnit, per diverſas errorum vias
Lib. de 12. Abuſionibus cap. 19. prævaricationis laqueum incurrit. De quibus viis ſub perſona prævaricatoris populi humanum genus ita Propheta deplangit, nos autem ſicut oves erravimus unuſquiſque in viam ſuam declinavit. De quibus viis etiam ſapientia per Salomonem loquitur, multæ viæ videntur homini rectæ & noviſſima eorum ducunt ad mortem. Quæ utiquè multæ perditionis viæ, tunc inceduntur, cùm una regalis via, lex Dei videlicèt, quæ neque ad dextram neque ad ſi-
7 niſtram declinat, per negligentiam deſertur, errant homines non (7) ſervantes mo-
Lib. de fid. & ope. cap. 4 dum, & cum in unam partem procliviter ire cœperint, non reſpiciunt divinæ authoritatis illa teſtimonia, quibus poſſint ab illa
8 intentione revocari, & in ea quæ ex utriſ-
Super Pſalm. 7. que temperata eſt, veritate ac moderatione conſiſtere. Ex eiſdem (8) in animas non
9 charitate inflammandas, ſed veneno per-
In Prologo lib. Hypognoſticon. imendas inſiliunt (9) adverſarii Catholicæ fidei, dum contra regulam veritatis Diabolicis

bolicis armis pugnare nituntur. Cæci eva-
cuare theſauros fidei concertant ſpe fidei.
evacuati faciunt plenitudinem fidei Eccle-
ſiæ opitulante Dei gratiâ, gloriari & dum
hypocriſi vigilant nocituri. De quibus per
Prophetam dictum eſſe puto propterea,
ablatus eſt ſomnus ab oculis eorum non
enim dormiunt niſi male fecerint, nos quo-
dammodo excitant dormientes, ut arrepto
clypeo veritatis, falſitatibus eorum corde
reſiſtere vigilemus. Sed illi (10) nihilomi- 10
nus quaſi Satanæ plaga redivivi peragunt *Super*
opera Sathanæ, & non ceſſant blaſphemare *Apoc.*
& ad dogma ſuum quos poſſunt attrahere. *Hom. 10.*
Habent (11) virtutem Diaboli, & ſicut 11
quondam pagani, ita nunc illi vaſtant Ec- *Super*
cleſiam. Cùm cogitantur Chriſtianum ha- *Apoc.*
bere nomen, & Sacramenta Chriſtiana, & *Hom. 16.*
Scripturas magnum dolorē faciunt in cor-
dibus piorum (12) quia & multi volentes 12
eſſe Chriſtiani, propter eorum diſſentio- *Lib. 19.*
nes hæſitare coguntur, & multi maledici *de Civit.*
etiam in his inveniunt materiam blaſphe-
mandi Chriſtianum nomen. His atque hu-
jus pravis moribus & erroribus hominum
perſecutionem patiuntur, qui volunt piè
vivere in Chriſto. Contradicunt (13) lin- 13
guæ multæ, diverſæ hæreſes, diverſa ſchiſ- *Super*
mata perſonant linguæ multæ contradi- *Pſalm. 30*
cunt veraci doctrinæ, tu curre ad taberna- *expoſ. 2.*
culum *ſerm. 3.*

Digitized by Google

culum Dei, Eccleſiam Catholicam tene. A regula veritatis noli diſcedere, & protegeris in tabernaculo à contradictione
14 *In parvo libello de Symb.* linguarum. Ipſa in hac fide (14) quam audiſtis, fructificat & creſcit in univerſo mundo Eccleſia, Dei vivi columna, & firmamentum veritatis. Poteſt (15) fieri, ut
15 *Super Pſalm. 57* homo mentiatur, non poteſt fieri ut veritas mentiatur. Ex veritatis ore cognoſco Chriſtum, ipſam veritatem. Ex veritatis ore cognoſco Eccleſiam participem veritatis nemo mihi falſa loquatur qui erravit ab utero in viſceribus Eccleſiæ. Scit Deus (16)
16 *Sermone 5. qui ponitur in Litan.* noſter non ſemper hominem integrum ſtare, ſed frequenter aut peccare corpore aut vacillare ſermone, ideò pœnitentiæ viam docuit, per quam poſſit & deſtructa corrigere, & lapſa reparare. Quamvis
17 *Lib. 50. Hom. 50.* enim (17) multis vulneribus conditio humana laboret tamen nemo deſperet, quia Dominus ſatis largus eſt, & circa omnes languentes miſericordiæ ſuæ bona libenter impendit. Vilis factus ſum nimis, iteravi vias meas & canis abominabilis coram oculis Domini conversus ad vomitum
18 *Serm. 3. de Nat. Dom.* ſuum. (18) Quo ibo à Spiritu ejus, & à facie ejus quo fugiam? quo frater niſi ad ejus miſericordiam pœnitendo, cujus poteſtatem peccator peccata committendo contempſeras? nemo enim rectè fugit ab

illo

illo niſi ad illum. Ab ejus ſeveritate ad ejus bonitatem. Dic illi in fletu cordis aſpice infœlicem, pietas immenſa reſpice crudelem miſericordia publica. Dele numeroſitatem criminum multitudo miſericordiarum. Cùm (19) verò etiam Evangelica præcepta homo prævaricatur velut quatriduanus mortuus putet. Nec de illo tamen deſperandum eſt propter ejus gratiam, qui non lenè dixit, ſed magnâ voce clamavit Lazare veni foras. Sacerdos omnis (20) cui confitetur peccator ante quem ſtatuitur omnis languor in nullo eorum ſit judicandus quæ in alio judicare eſt promptus. Adſit benevolus, paratus erigere & ſecum onus portare habeat dulcedinem in affectione, pietatem in alterius crimine. Diſcretionem in varietate adjuvet, confitentem orando, & ſemper eum juvet leniendo, eleemoſinas faciendo & cætera bona pro eo agendo, conſolando, & ſi opus fuerit etiam increpando. Doceat loquendo, inſtruat operando. (21) Firmamentum ſalutis eſt habere radicem charitatis virtutem pietatis; Charitatis (22) autem venenum eſt cupiditas adipiſcendorum aut retinendorum temporalium. Fidei ſimplicitate & ſinceritate lactati nutriamur in Chriſto, & cùm parvuli ſumus majorum cibos non appetamus, ſed nutrimentis ſaluberrimis creſcamus

19 *Epiſt. 1. ad Hilarium.*

20 *Lib. de vera & falſa paen*

21 *Hom. 2. ſupra 1. Canon. Joan.*

22 *Lib. 3. de Doctri. Chriſti.*

23 creſcamus in Chriſto accedentibus bonis
Lib. de moribus in Chriſtiana juſtitia in qua eſt
agone charitas Dei, & proximi perfecta & fir-
Chriſti. mata. Perfecta charitas (24) nec cupidi-
24 tatem habet ſæculi, nec timorem id eſt
nec cupiditatem habet ſæculi, ut acquirat
res temporales, nec timorem nè amittat res
25 temporales. Charitati nihil (25) adverſiùs
Lib. de quàm invidentia eſt, mater autem inviden-
Cathechi- tiæ ſuperbia eſt. Quandoquidem (26) he-
rudibus. reticus eſt, ut mea refert opinio, qui alicu-
26 jus temporalis commodi, & maximè glo-
Lib. de riæ principatuſque ſui gratia falſas ac *no-*
utilitate *vas* opiniones vel gignit vel ſequitur (27)
creden. Calculum eſt genus hæreticorum non ſpi-
27 ritu ſapientiæ, ſed verſipellis aſtutiæ quo
Lib. 16. ſolent hæreticorum fervere præcordia &
de Civit. pacem conturbare ſanctorum. Perfidi ſunt
Dei cap. 2 quia non id agunt quod Deo voverunt,
& mendaces, quia falſa confitentur, &
Dæmoniaci à Diabolo & Angelis ejus in
ſuo corde præbent locum, & verba eo-
rum putredinem operantur, cùm corrum-
28 punt mores bonos per colloquia (28) ma-
Lib. 6. de la: & infideles ſunt, quoniam quod ta-
Bapt. libus Deus minatur irrident: & ſcelerati
contra quia nefariè vivunt, & Anti-Chriſti, quia
Donatiſt. mores eorum Chriſto adverſantur & à Deo
maledicti quoniam ubiquè tales Sancta
Scriptura execratur. Et mortui quia carent
vitâ

vitâ juſtitiæ. Et impacati quia contrariis factis cum Dei ſermone confligunt & blaſphemi quia per eorum perditos actus nomini Chriſtiano derogatur, & profani quia ab illo Dei ſanctuario ſpiritualiter interire ſeclusi ſunt. Et Sacrilegi quia in ſeipſis templum Dei, male vivendo, corrumpunt, & antiſtites Diaboli, quia fraudi, & avaritiæ, quæ eſt idololatria, ſerviunt. Sæpe (29) etiam ſunt divinâ providentiâ per nonnullas nimium turbulentas carnalium hominum ſeditiones expelli de congregatione chriſtiana etiam bonos viros. Quam contumeliam & injuriam ſuam cùm patientiſſimè pro Eccleſiæ pace tulerint, neque illas *novitates* vel ſchiſmatis vel hæreſis moliti fuerunt, docebunt homines quàm vero affectu, & quantâ ſinceritate charitatis Deo ſerviendum ſit uſque ad mortem defendentes & teſtimonio juvantes eandem fidem quam in Ecclaſia Catholica prædicari ſciunt. (30) quæ cùm ita ſint neque in confuſione paganorum, neque in purgamentis hæreticorum, neque in languore chiſmaticorum neque in cæcitate Judæorum quærenda eſt Religio, ſed apud eos ſolos, qui Chriſtiani Catholici vel orthodoxi nominantur id eſt integritatis cuſtodes, & recta ſectantes. (31) Quare his omnibus perpenſis, id eſt undè ſalus

29 *Lib. de vera Rell. cap. 6*

30 *Lib. de vera Rell. cap. 6.*

31 *Lib. 1. de verbis Domini ſerm. 3.*

ſalus & undè periculum enaſcatur, ſalutis commodum diligenti obſervantiâ teneamus ut periculorum incommoda de legis contemptu, & providi caveamus, & contemnentes proſpera, & repellentes adverſa in conſpectu Domini inveniamur ab ipſo cum omnibus Sanctis in æterna ſæcula ſæculorum. (32) Impetremus ſi poſſimus à fratribus noſtris, nè nos inſuper appellent hæreticos, quod eos talia diſputantes appellare poſſimus forſan, ſi vellemus, nec tamen appellamus. Suſtineat eos Mater piis viſceribus ſanandos, portet docendos, nè plangat mortuos. Nimiùm eſt quo progrediuntur. Multum eſt, vix ferendum eſt magnæ patientiæ ad huc ferri. Non abutantur hâc patientiâ Eccleſiæ: corrigantur bonum eſt, ut amici exhortamur non ut inimici litigamus. Detrahunt nobis, ferimus: Canoni detrahunt, veritati non detrahant.

32 *Serm. 14. de verbis Apoſt. cap. 21.*

Vidit & approbavit

A: H: Librorum Cenſor

Actum 20. Sept. 1679

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Pſ. Brevi oſtendam, quod omnis Novator ſit adverſarius Dei & Legis, Campianus Florus Antuerpiæ reſidens, poſt paucos dies recipiet reſponſum: Salve Macari: novimus te.